UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Formularium Terminoru[m] seu Registrorum Nouiter Jmpressum [et] eme[n]datu[m]

**Rom, 1511**

De Subdelegation[e].

urn:nbn:de:hbz:466:1-70641

Visual Library

marchiones milites pleroſq3 alios nobiles ciues Ro. ac vtriuſq3 ſe
xus homines de dicta eccleſia ſancti Petri ad baſilicam ſancti Jo
hannis Lateraneñ ꝓ nonnullis cerimonijs inibi fieri ſolitis fa-
ciendū laudabiliter extitit aſſociatus Quare ꝛc.

## Viſitatio eccleſie Lateraneñ.

Anno ꝛc. die Martis quinta mēſis Decembris poſt diuinum
officium in baſilica ſancti Petri principis Apoſtoloꝝ perac
tum ante horam prandij eiuſdez diei Sanctiſſimus in chriſto pa-
ter ꝛ dñs noſter dñs Julius diuina prouidentia papa ſecūdus dia
demate pontificali coronatus ſollenniſſime cum maximis ꝛ miri
ficis triumphis vt ſupra in clauſula. Inſuper vero ꝛ extitit aſſo-
ciatus.

## Mutatio anni Pontificatus.

Die martis viceſimaſexta menſis Nouembris fuit dies ani-
uerſarius pontificatus ſiue feſti coronationis ſanctiſſimi in
chriſto patris ꝛ domini noſtri domini Julij diuina prouidentia
Pape ſecundi. Quare illa die Annus Pontificatus dicti domini
Julij de anno primo in ſecundum mutabatur ꝛ mutatus eſt.

## De Subdelegatioñ.

Reuerendiſſimus in xp̄o pater dñs Cardinalis iudex ꝛ cōmiſ
ſarius p̄fatus Rome in domibus ſolite ſue reſideñ venera
bilē ac circumſpectum virum dñm. n. iudicem commiſſarium ꝛ au
ditorem in cauſa ꝛ cauſis huiuſmodi ac omnibus ꝛ ſingulis cauſis
coram eo indeciſe penden̄ in ipſius domini Cardinalis abſentia
vſq3 ad diffinitiuam ſententiam excluſiue ſubdelegauit ꝛ deputa-
uit prout ꝛ quemadmodum in quodam ſubdelegatione inſtrumē
to publico per me preſentis cauſe notarium atque ſcribam predi-
ctum deſuper in notam recepto ꝛ apud acta cauſe huiuſmodi in-
ferius regiſtrato plenius continetur ꝛ habetur. Preſentibus ꝛc.

Subdelegatio cāe ꝑ Cardinalem.

¶ Reuerendus pater dominus. n. Rome ꝛc. pro tribunali ſedens
in prefatoꝝ magiſtrorum. n. ꝛ. n. ꝓcuratoꝝ hincinde preſentia aſſe
rens ſe ad preſens diuerſis ſuo Epiſcopatui incumbeñ ꝛ alijs nego
cijs legittime fore impeditum in tantum quod litterarum ſibi

Sb̄delegatio ad exequenḋ lr̄as aplicas ꝛ decidenḋ in eis cōtenta.

ex parte ſanctiſſimi domini noſtri pape.n.preſentatarũ executioni ⁊ deciſioni ſine maximis ſuis ac partium predictarum laboribus ⁊ expenſis commode intendere non valeat neqꝫ poſſit. Idcirco ne propter hoc earundem litteraruꝫ executio retardetur ſed partibus ipſis cõmode ſubueniatur de peritia ⁊ circumſpectione necnon legalitate egregij viri.n.in Romana Curia reſideñ vt dixit plenarie cõfiſus auctoritate dicti domini nr̃i pape ſibi in hac parte cõceſſa quo ad prefatarꝫ litterarum apoſtolicarꝫ ⁊ in eius contentoruꝫ executioñ plenarie tenore preſentium commiſit vices ſuas donec eas ad ſe duxerit reuocandas prout hec ⁊ alia in quodam ſubdelegatioñ inſtrumẽto publico per me preſentis cauſe ⁊c. Pñtibus ⁊c.

Procur̃ p̃ſentauit ſubdelegationem ⁊ obtinuit ad videndũ reſumi cauſam.

¶ Rome coram Venerabili viro dño.n.huiuſmodi cauſe cõmiſſario per Reuerendum pa.d.n.⁊c.ſpecialiter ſubdelegato in domo habitationis ſue hora veſperorum audieñ cauſarum conſueta ad iura reddendum ⁊ cauſas audiendum ꝑ tribunali ſedeñ perſonaliter conſtitutus magiſter.n.procurator ⁊c. ꝓcuratorio quaſdã ſubdelegatioñ litteras a dicto domino.n.emanatas ſuperius apud acta preſentis cauſe regiſtratas eidem domino.n.in preſentia teſtiũ ſubſcriptorum rite ⁊ legittime preſentauit. Quas quidem litteras idem dominus.n.ſubdelegatus ad ſe recipiens ⁊ onus huiuſmodi ſubdelegationis in ſe reuerenter acceptans mihi preſentis cauſe notario atqꝫ ſcribe predicto fideliter dedit regiſtrandum. Preſentibus ⁊c. Quarũ quidẽ lr̃arꝫ ſubdelegationis preſentatiõe ſic vt premittit̃ facta comparuit in codeꝫ iudicio magiſter.n.procurator quo ⁊c. Et partem ſibi in hmõi cã aduerſam ad videndum ⁊ audiendũ hanc cauſam in eo ſtatu in quo vltimo coram dño.n.auditore remanſerat reſumi per aliquẽ ⁊c.ad aliquẽ ⁊c. Quem ſibi ⁊c. idem dominus auditor ſubdelegatus ⁊c.conceſſit Eamqꝫ ⁊c.

¶ Remiſſio cauſe ad cancellariam apoſtolicam.

¶ Reuerendus pater dominus.n.auditor prefatus Rome ⁊c.ſedens cauſam ⁊ cauſas huiuſmodi in qua ego.n.eiuſdem cauſe notarius atqꝫ ſcriba predictus ſcripſeram ⁊ ad ſcribendum deputatus fueram Certis de cauſis animum ſuum ad hoc mouentibus ad cancellariam domini noſtri pape remittendum duxit ⁊ remiſit habuitqꝫ ⁊ haberi voluit eaſdem pro ſufficienter remiſſa. Preſentibus ibidem ⁊c.

¶ Vel ſic. Reuerendus pater dñs ⁊c.ſedens cãm ⁊ cauſas hmõi ac omnes ⁊ ſingulas cauſas in quibus ego.n.pñtis cãe notarius ⁊c. remiſſis excepta cauſa.n.quam ſibi ad cognoſcendũ decidendum fineqꝫ debito terminandum reſeruauit preſentibus ⁊c.

¶ Remiſſio generalis.

¶ Reuerendus pater dominus.n.auditor p̃fatus Rome apud ⁊c.

ſedens cauſam ⁊ cauſas hmoi ac omnes ⁊ ſingulas cauſas quas quondam dominus .n. coauditor ſuus per obitum eiuſdem vigore generalis cõmiſſionis ſibi deſuper facte ⁊ preſentate audiebant ⁊ ad audiendum deputatus fuerat ⁊ in quibus ego .n. pñtis cauſe notarius ſcripſeram ⁊ ad ſcribendũ deputatus fueram ꝛc. vt ſupra.

# De cõmiſſione ad ſcribendum.

Die ꝛc. Reuerendus pater dñs .n. Auditor mihi .N. clerico .N. dioc. publico apoſtolica ⁊ imperiali auctoritatibus notario vt in omnibus ⁊ ſingulis cauſis in quibus alias diſcretus vir mgr .n. notarius (vel quondam .n. notarius ante eius obitum) ſcripſerat ⁊ ad ſcribendũ deputatus fuerat in eiſdẽ. Necnõ in oibus alijs ⁊ ſingulis cauſis ſibi cõmiſſis ⁊ cõmittendis ⁊ in turno meo diſtribuendis vlterius ſcriberem ac in eiſdem fideliter cõtinuarẽ cõmittẽdum duxit atqꝫ cõmiſit. Preſentibus ꝛc.

Dñs cõmiſit alteri notario ſcribere.

¶ Uel aliquando ſic. Reuerendus pater ꝛc. vt ſupra vlterius propter ipſius magiſtri .n. a Ro. Cu. receſſum vſqꝫ ad ipſius reditũ ſcriberem ꝛc. commiſit. preſentibus ꝛc.

¶ Uel ſic. Ac quibuſdam alijs cauſis dicto dño auditori quarumcunqꝫ commiſſionum vigore in quibus prefatus mgr .n. notarius ſcribebat in effectu commiſſis ſeu committendis vlterius fideliter ſcriberem ⁊ acta earundem cauſaꝝ regiſtrarem ⁊ regiſtrari facerẽ Et cum expediens fuerit in publica redigerem ſeu redigi facerem documenta partibuſqꝫ copiam petẽn dum ipſis per dominum auditorem prefatum decreta fuerit fideliter traderem ⁊ exhiberem actis ex eiſdem commiſit pariter ⁊ mandauit. Preſentibus ꝛc.

¶ Mihi .n. publico apoſtolica auctoritate notario ⁊ corã eo ſcribe vt in omnibus ⁊ ſingulis cauſis in quibus dictus magr .n. notarius in mea abſentia corã dicto dño auditore in locum meum ſurrogatus pro me ſcripſerat ⁊ per eundem dñm auditorem ad hoc ſpecialiter deputatus fuerat reſcriberem ⁊ coram eo fideliter continuarem in eiſdem cõmittendum duxit atqꝫ cõmiſit. Pñtibus ꝛc.

Dñs cõmiſit reſcribere notario q erat infirmus.

¶ Auditor ꝛc. de mgri .n. procuratoris ⁊ .n. ex aduerſo procuratoris coram eodem domino auditore preſentium de ipſorum hincinde procuratorem expreſſo conſenſu in cauſa ⁊ cauſis huiuſmodi in quibus diſcretus vir .n. notarius ſupradictus coram eodem dño auditore ſcribebat ⁊ ad ſcribendum deputatus fuerat mihi .n. publico imperiali auctoritate notario propter eius magiſtri .n. notarij infirmitatẽ vſqꝫ ad eius conualeſcentiam fideliter ſcriberem ⁊ continuarem committendum duxit atqꝫ commiſit. Preſentibus ꝛc.

Auditor de cõſenſu partium ꝯmiſit ſcribere alteri notario.